ΚΟΠΤΩ, caedo, scindo. pulso, plango. imperf. ἐκοπλον, es. f. κόψω. p. κέκοφα.

praef. med. κόπτομαι, plango. cum Acc. a. i. m. ἐκψάμην, ω, ἄλο. p. m. κέκοπα.

Hinc κόπος, labor. κοπή, strages. sectio. κοπίς, ἴδος, ἡ, culter. κόμμα, ἄλο, τό, segm n κόπανον, ἔ, τό, pistillum. κοπιᾶω, laboro. ἐκκοπή, ἦς, ἡ, incisio, incisura. προκοπή, ἦς, ἡ, progressus.

Κόρα, ας, ἡ Dor. pro κόρη, ἡ, puella.

Κοράκεσσι, dat. plur. Ion. pro κοράξι, à κοράξ, ακος, ὁ, corvus.

Κόρακι, dat. sing. à κοράξ.

ΚΟΡΑΛΛΙΟΝ seu κοράλιον, ἔ, τό, corallium.

Κοράμβλη, ἦς, ἡ, brassica, quia κόρας ἀμβλύει.

ΚΟΡΑΞ, κος, ὁ, corvus. dat. plur. κοράξι, & Ionic. κοράκεσσι. Sic dictus quia κόρος, ater colore.

Κοράξαι, efflagitasse, a. i. inf. act. verbi κοράσσω vel τλω, praecibus insto. f. ζω.

Th. κοράξ, corvus.

Κοράσιον, ἔ, τό, puella, à κό-

γος, ε. ὁ, juvenculus. Th.  
 κορέω, verro, purgo.  
 Κορέων, Hebr. oblatio, donum.  
 Syriace κορέων.  
 ΚΟΡΔΑΞ, κος, ὁ, saltatio  
 quaedam ridicula. q. Χορδαξ,  
 à χορέω.  
 ΚΟΡΔΥΛΗ, ης, ἡ, clavae ca-  
 put, quæ pars crassior. ipsa  
 clava & aliquid simile, tu-  
 ber. κόρδυλος, piscis nomen.  
 Κορέ, ὁ, nomen viri ἀκλίβον.  
 Hebr. Calvus.  
 Κορέει pro κορέσει per Sync.  
 κορέεις pro κορέσεις. f. i. ut  
 ἐρέει pro ἐρεί, Th. κορέω,  
 satio.  
 Κορέννυμι, f. κορέσω, saturo.  
 idem quod κορέω, satio.  
 Κορέσαδάμ, saturato, a. i. inf.  
 med. pro imperat. κορέσαλο,  
 3. sing. aor. i. m. Ion. à  
 κορέννυμι feu κορέω.  
 Κορέσειεν, saturaverit, 3. sing.  
 a. i. opt. Aeol. à κορέννυμι  
 feu κορέω.  
 Κορέθεις, satiatus, aor. i.  
 part. pass. κορέθηναι, aor.  
 i. inf. pass. ab a. i. ind  
 ἐκορέθην, verbi κορέννυμι feu  
 κορέω.  
 ΚΟΡΕΩ, verro, purgo; item  
 satio. f. ἐσω & ἦσω. Hinc  
 κόρος, ε, ὁ, scapa; item puer,  
 juvenculus & satietas. κόρη  
 ης, ἡ, pupa, puella.  
 Κόρη, ης, ἡ, pupa, pupilla  
 oculi. puella. pulchra mulier.  
 Th. κορέω, purgo.  
 Κορδύεται, fastigiatur, 3. fin-  
 gul. præf. κορδύομαι, in

acervum colligo. Th. κόρβος,  
 vos, ἡ, acervus.  
 Κόρβονεν, collegit, 3. imperf.  
 act. Ion. verbi κορβύνω vel  
 κορδύω, coacervo. Th. κόρβος.  
 ΚΟΡΘΥΣ, vos, ἡ, acervus,  
 agger, tumulus. Hinc κορθύνω,  
 coacervo.  
 Κορίαννον, ε, τὸ, coriandrum.  
 Idem & κορίανον & κόριον.  
 Κορίζομαι, blandior, blande ap-  
 pello κόρον aut κερη.  
 Κορινάιος, è clanculario concu-  
 bitu conceptus. ex ea scil.  
 quæ κόρη feu virgo esse  
 putabatur.  
 Κορινθιοί, αν, οί, Corinthii, à  
 Κόρινθος, ε, ἡ, Corinthus.  
 Κόριον, ε, τὸ, parva κερη,  
 puellula. Est & κόριον, sacri-  
 ficium pro κόροις, pueris.  
 Tum κόριον est Coriandrum.  
 ΚΟΡΙΣ, εως, ὁ ἢ ἡ, cimex.  
 q. à κείρω, scindo.  
 Κορμῖς, ε, ὁ, truncus. κορμῖος  
 ζυγ, caudex.  
 Κορνήλιος, ε, ὁ, nomen viri.  
 Lat. à cornu dictus.  
 Κόροϊβος, ε, ὁ, stultus. à quo-  
 dam Corœbo, stulto viro.  
 Κόροιο, gen. Ion. à κόρος, ε,  
 ὁ, satietas. Th. κορέω, satio.  
 Κόρος, ε, ὁ, puer, pullus. sco-  
 pae. satietas. Est & κορος,  
 Corus, mensura aridorum. Sed  
 κόρος, η, ον, niger. quasi à  
 κῆρω, uro. quæ omnia sub  
 them. κορέω, purgo, curo et  
 satio, continentur.  
 Κόρρα ἢ κόρσα, ας, α, Dor.  
 pro κορέη feu κόρη, quæ



vide. & pro toto capite sumitur.

Κόρη & Att. κόρη, ης, ἡ, crinis, quia κείρεται, ton-detur.

ΚΟΡΥΒΑΣ, ανῆρος, ὁ, sacerdos Rheae seu Vestae. ἀπὸ τῆς κορυφῆς βαίνειν ὀρχηστικῶς. Hinc κορυβανήσιος, in sanio more Corybantium. κορυβανισμός, ἔ, ὁ, lustratio seu expiatio, quae fit à Corybante aere canoro: insanus furor.

Κορυδαλίς, herba, fumaria bulbosa. alauda.

Κορυδαλλῶ Dor. pro κορυδαλλῆ, gen. à κορυδαλλός, alauda.

Κορυδός & κορυδαλίς, alauda, avis galerita, cussita. q. à κόρυς, galea.

ΚΟΡΥΖΑ, ης, ἡ, gravedo, humor ex capite fluens. mucus. quasi ex κέρα & ζέω, quia velut ebullit è capite.

Κορυθαίξ, qui κόρυθα αἴσσει, galeam movet. bellator.

Κορυθαίολος, ε, ὁ, qui habet galeam variegatam. lege κορυθαίολος, ex κόρυς, υδος, ἡ, galea, & αἰόλος, varius.

Κόρυθος, gen. singul. à κόρυς, υδος, ἡ, galea. acc. sing. κόρυθα & κόρυν. Est & κόρυθος, frustum massae. q. à κορεῖν, satiare.

Κόρυκος, ε, ὁ, vide in κώρυκος.

ΚΟΡΥΜΒΟΣ, ε, ὁ, & κέρυμβον, ε, τὸ, vertex, cucumen, cincinnus; hinc κέρυμβα, rostra.

ΚΟΡΥΝΗ, ης, ἡ, clava, quia capitatus fustis, à κέρα, caput. Hinc κορυνήτης, qui clava rignat.

Κορυνηφόρος, ὁ, satelles clavam gestans, ex κορυνή & φέρω, fero.

Κορυπίλος, ε, ὁ, cornipeta. vide in κορύπιω.

Κορύπιω, caput jucto, cornu ferio; hinc κορυπίλος, cornipeta.

ΚΟΡΥΣ, υδος, ἡ, galea. cassis. acc. sing. κόρυθα & κόρυν. q. à κέρα, quia capiti tuendo imponitur. Est & κόρυς, alauda, galerita.

Hinc κορύσσω, κορυτής, ἔ, ὁ, armiger.

Κορύσσω, galea armo, armo, ὀρνο. augeo. praef. inf. κορύσσειν. praef. part. f. g. κορύσσωσα. Thema κόρυς, galea.

Κορυτός, ἡ, ὄν, auctus, à κορύσσω, augeo. Th. κόρυς.

Κορυφαῖος, ὁ, vide in κορυφή.

ΚΟΡΥΦΗ, ἡς, ἡ, vertex, summum in quavis re. dat. plural. Ion. κορυφήσιν. Hinc κορυφαῖος, ε, ὁ, supremus, praecipuus. κορυφῶ, erigo, attollo, impleo.

ΚΟΡΥΧΟΡΟΣ, ε, ὁ, olus quoddam sylvestre, vile. Scribitur & κέρυκος.

ΚΟΡΩΝΗ, ης, ἡ, cornix; item marculus ferreus, quo fores pulsantur vel annulus, quo fores attrahuntur. Hinc κορωνίζω, cornici stipem colligo.

- κορωνίς, ἰδος, ἡ, *navis cum puppi inflexa.*
- Κορωνιάωντα pro κορωνιώντα, acc. sing. part. præf. Poët. verbi κορωνιάω, incurvus et lunatus sum. Thema κορώνη.
- Κορωνίς, ἰδος, ἡ, *navis rostrata.* dat. pl. κορωνίσι. Item fastigium, summitas et apex in re aliqua, finis.
- Κορονόπες, herba, quæ & κορονόπος, à cornicis pede sic dicta.
- Κορωνός, altus, cervicem attollens.
- Κόσιοι, αι, α, est μεταλήξις seu finis numeri post centum usque ad mille. ut διακόσιοι, αι, α, id est, dis εκατον, &c. & videtur κόσιοι dici, quasi εκατόσιοι.
- Κοσινιόμηνις, ιος, ὁ, ἡ, vates, qui cribro utitur ad vaticinandum, ex κοσινον, cribrum & μάνις, εως, ὁ, vates.
- ΚΟΨΚΙΝΟΝ, ς, τὸ, cribrum. κοσινοποιός, ὅ, ὁ, cribrarius.
- ΚΟΨΚΥΛΑΜΑ, corii minutum præf. gmen, quod abjicitur. An à κόψ, pellis & κολύω, mulo?
- Κοσμέω, orno. fut. ἤσω. p. κέκοσμηκα a. i. ἐκόσμησα, ας, ε. & Ionic. κόσμησα, ας, ε. aor. i. part. κοσμήσας, αἴλος, ὁ. perf. passiv. κέκοσμημαι. aor. i. pass. ἐκοσμήθη. Th. κόσμος, ordo.
- Κοσμηθεν, ornatī sunt, Βæot. syncop. pro ἐκοσμήθησαν, 3. plural. aor. i. ind. pass.
- Ion. verbi κοσμέω, quod vide.
- Κοσμήν Dor. pro κοσμεῖν, ernare, instruere.
- Κοσμήσαντες, nom. plur. a. i. part. act. κόσμησα, 3. sing. a. i. Ion. ejusdem verbi.
- Κοσμήτωρ, principes, nom. dual. à κοσμήτωρ, dux, princeps. Th. κόσμος, ordo.
- Κοσμικός, ἡ, εν, mundianus, a, um, à κόσμος, mundus, ordo.
- Κόσμιος, ς, ὁ, ἡ, bene compositus. κόσμιον, ς τὸ & κοσμίτης, ἡ, modestia. ab eodem them.
- Κοσμοκράταρ, ορος, ὁ, princeps mundi, pro Satana. Ex κόσμος, mundus, & κρατέω, imperium, obtineo. Th. κρατός, εος, τὸ, robur.
- Κόσμον, jumentum, Græcis barbaris.
- ΚΟΣΜΟΣ, ς, ὁ, ordo; item mundus, ornatus, pulchritudo. Hinc κόσμιος, ς, ὁ, moderatus, modestus. κοσμέω, ordino, compono, orno. κοσμητής, ὅ, ὁ, ornator; item moderator, ordinator. κοσμήτωρ, ορος, ὁ, princeps, dux.
- Κόσος pro κόσος, Ionicè.
- ΚΟΨΣΥΦΟΣ & Att. κόλυφος, ς, ὁ, merula.
- Κόση, ἀκίση, hordeum.
- ΚΟΨΤΟΣ, ς, ὁ, Costus, planta aromatica, cujus radix eximio odore.
- Κόσμβος, ς, ὁ, nodus. q. à κόμβος. Legitur & κοσάμβη.



Κοτέ, Ionic. pro ποτέ quondam, interdum. Ion. pro πότερα.

Κοτέει, infestus est, 3. iing præf. à κοτέω, irascor. f. έσω & ήσω. Th. κότος, 8, ό, ira vetus.

Κοτέσεται, irascetur, f. 1. med. gem. σσ. verbi κοτέω, irascor.

Κοτέω, irascor. f. έσω & ήσω. p. κηκότηκα. præf. part. f. g. κοτέοντε, nom. dual. part. præf. κοτέων, οίλος, ό. Th. κότος.

Κοτήςας, ενλος, ό, iratus. Th. κότος, ira vetus.

ΚόλινηΦόρος, 8, ό, qui fert ole astuos, ex κότινος & Φέρω, ferō.

Κότινος, 8, ό, ή, oleaster & corona ex oleastro.

Κοτίς, ίδος, ή, occiput, à κίτη.

ΚΟΪΤΟΣ, 8, ό, & τὸ κότον. vetus ira. Hinc κοτέω, ήσω & έσω, irascor.

ΚΟΪΤΑΒΟΣ & κούσαβος, 8, ό, genus lusus convivalis, reliquiarum sc. vini elegans cum sonitu effusio. à κοτλήν.

ΚΟΪΤΗ, ης, ή, caput.

Κοτλήν, vehementer verberare, pro κόπλην.

Κότλος, alea. fortè à κοτλήν, jacere. κοτλιζω, alea ludo. κοτλιζής, aleator. Est & κοττος, gallus. Est & nomen viri seu gigantis.

ΚΟΥΤΥΛΗ, ης, ή, cavitas. cavitas coxae, in qua femoris cavitas vertitur. hemina.

Κουτυληδών, όνος, ή, idem

quod κουτύλη; hinc κουτυληδώνον.

Κουτυλήριος, 8, ό, ή, in poculum fluens, à κουτύλη, ης, ή, poculum, & ρέω, fluo.

Κούτυλος 8, ό, poculum capiens quantum κουτύλη, mensura unciarum quatuor.

Κότυς, υος, Κοτύς, daemon turpitudinis praeses. Hinc sacra τυρπια κουτύλια.

Κῆ, ubi Ion. pro πῆ.

Κεάγγελος, 8, ό, nomen viri. Lat. Quartus. Sic κεάισωρος, ό, quaestor.

Κεδαρίς, asellus, qui sub aquariis vasis stabulatur, cutio.

Κεκ pro κῆ εκ, et non.

Κεκέει pro κῆ εκέει, nec jam. Th. έτι, adhuc.

Κοοκι, fructus arboris.

Κελεος, vagina Ion. pro κολεος.

Κεμι, est verbum Hebraeum. Marc. 5. 41.

Κερα, ας, ή, tonsura. q. à κείρω, tondeo; hinc κερειον, tonsura.

Κερη, ης, ή, puella Ion. pro κερη, dat. pl. Ion. κούρησι. Th. κορέω, verro.

Κερητες, ων, οί, Curates, Corybantες. dat. plur. Ion. κερητεσσι.

Κεριδής, gen. fing. Ion. à κεριδία. vide in κεριδιος.

Κεριδιος, 8, ό, qui juvenili aetate uxorem duxit. κεριδία, ας, ή, quae sic virum, à κῆρος pro κόρος, juvenculus. Th. κορέω, verro.

Κερύειν, à teneris educant,  
 3. plur. præf. activ. quod  
 à κερύω, quod à κούρος  
 Ion. pro κόρος. Thema κο-  
 ρέω.  
 Κούρος Ion pro κόρος, juve-  
 nulus. ut & κούρη pro κόρη,  
 juvenula. ab eodem them.  
 ΚΟΥΡΜΙ, curmi, pro ion. s  
 genus, ut cerevisia. Ducamus  
 à κερύω, misco.  
 Κερύτερος, junior, à κούρος  
 pro κόρος, juvenulus. Th.  
 κορέω, verro.  
 Κερυτρέφος, s, ó, juvenularum  
 nutritor, à κούρη pro κόρη,  
 juvenula. Th. κορέω & τρέ-  
 φω, alo.  
 Κεραδία, as ή, custodia. vox  
 origine Latina.  
 Κούφα pro κούφος, adv. à  
 κούφος, levis.  
 Κεφίρσαν, acc. sing. f. g.  
 præf. part. act. à κεφίρω,  
 levo. Thema κούφος, levis.  
 Κεφίρω, allev, sublevo. im-  
 perf. εκούφισον. f. ισω. p. κε-  
 κούφισα. a. i. εκούφισα. Th.  
 κούφος, ó, levis.  
 ΚΟΥΦΟΣ, s, ó, levis, facilis,  
 inanis; hinc κούφος, adverb.  
 κερύτερος, comparat. κερύω  
 & κεφίρω. levo, sublevo.  
 ΚΟΦΙΝΟΣ, s, ó, cophinus,  
 corbis. vas vimineum.  
 ΚΟΧΛΑΣ, ακος, ó, calculus,  
 lapillus.  
 Κοχλιάριον, s, τὸ, cochleare, à  
 κοχλω, gyro.  
 Κοχλιάς, s, ó, cochlea. gen.  
 plur. κοχλιῶν. ab eodem  
 them.

Κόχλος, s, ó, concha. Thema  
 κοχλω, gyro.  
 ΚΟΧΛΩ, gyro, rotò. Hinc  
 κόχλος, s, ó, concha κοχλιάς,  
 s, ó, idem. κοχλιάριον, s,  
 τὸ, cochleare.  
 ΚΟΧΟΣ, s, ó, humor abunde  
 fluens.  
 Κοχυδέσκον Ion. pro εκοχυδεν,  
 imperf. verbi κοχυδέω, su-  
 perfuncto. Th. κόχος.  
 Κοχυέσκεν, stillabat, 3. sing.  
 imperf. Ion. pro εκόχυε,  
 per epenth. τῆ εσι. verbi  
 κοχύω, magna cum copia  
 def. uo. Th. κόχος, s, ó.  
 ΚΟΧΛΙΝΗ, ης, ή, & κόχωνον,  
 s, τὸ, coxendicis commissura.  
 Κόψας, αντος, ó, aor. i. part.  
 κίψεν, Ion. pro εκοψεν, 3.  
 sing. aor. i. act. verbi  
 κόπτω, scindo. f. ψω. κόψα-  
 θα, a. i. inf. m.  
 ΚΟΨΙΜΟΣ, s, ή, arbor mes-  
 pita similis.  
 ΚΟΨΙΧΟΣ seu κόψυχος, s,  
 ó, avis quaedam merula.  
 Κράανον pro κρᾶνον vel κρήνον,  
 a. i. imperat. verbi κρᾶνω,  
 perficio. f. κρανῶ. a. i. act.  
 ἐκρανα, Att. ἐκρηνα; hinc a.  
 i. imperat. κρήνον & κρήνον.  
 Κράασι pro κρᾶσις, nom. pl.  
 à κρᾶς, ατος, τὸ, caput.  
 Th. κᾶρηνον, s, τὸ, idem.  
 ΚΡΑΒΑΤΟΣ seu κρᾶββατος,  
 s, ó, grabatus, lectus humi-  
 lior. q. à κρέω & βᾶω.  
 Κράγλη, κρᾶγλων vel κρᾶγων,  
 picis è squillarum genere.  
 Κραγεις, clamatus, a. 2. part.  
 pass. κρᾶγῆναι, aor. 2. inf.



pass. verbi κρᾶζω, clamo. f. ζω. a. 2. act. ἐκράζον. aor. 2. pass. ἐκράσθην.

Κραδαίνω feu κραδαίω, vibro, quia io, à κράδῃ, ramus; item flum.

ΚΡΑΔΗ, ἡς, ἡ, ramus ficulnus, folium; ficus silvestris. Hinc κράδος, ἰ, ἡ, idem. κραδαίω & κραδαίνω, vibro, αἰῖρο.

Κραδία, ας, ἡ, cor pro καρδία per Metathesin. Sic κραδίη, ἡς, ἡ, Ionic. cor.

Κραδίην Ion. & per Metathesin, pro καρδίαν, acc. fingul. à καρδία, ας, ἡ, cor.

ΚΡΑΖΩ. clamo. imperf. ἐκράζον. f. i. κρᾶζω. a. i. ἐκράζω & per reduplic. ἐπέκράζω. paulo post fut. κεικράξομαι. p. m. κέκραγα. hinc per Epenth. τῆ υ, κραυγή, ἡς, ἡ, clamor. κραυγάζω, clamo.

Κραδαίς, ἐνλος, ὁ, a. i. part. pass. à κερᾶννυμι, miscro. fut. κερᾶσω & per syncop. κέρᾶσω. perf. pass. κέκραμαι. a. i. pass. ἐκράσθην.

Κραθῆναι, υναι, a. i. inf. pass. verbi κρατέω, fut. ἦσω. vinco. Th. κράτος, eos, τὸ, robur.

ΚΡΑΙΝΩ, perf. io, effectum edulo. f. ανῶ. Hinc κραντήρ, ἡς, ἡ, effector. κραντῶρ, ας, ὁ, rex, princeps.

ΚΡΑΙΠΑΔΗ, ἡς, ἡ, crapu'a, come satio; hinc κραιπαλίζω, crapulor. q. ex κᾶρα, τὸ, caput, & κάλος, ἰ, ὁ, agi.u-

tio, quod à κᾶλλω, vibro. p. m. πέπυλα.

ΚΡΑΙΠΝΟΣ, ἰ, ὁ, velox, celer. hinc κραιπνᾶ, velociter. adverb. pro κραιπνῶς.

ΚΡΑΙΡΑ, ας, ἡ, capit. q. à κᾶρα. & aliquando idem est quod κέραια, antenna.

Κράλης, ρα, κᾶρα, regina.

ΚΡΑΜΒΗ, ἡς, ἡ, brassica, caulis. gen. plur. κραιμῶν. quasi à κᾶρα, quia capitata.

Κράμβος, ἰ, ὁ, aridus, torridus. Est & vitium in uis ex adustione, ex κᾶρω, uro.

Κραιμφοφάγος, nomen Ranæ, ex κράμβη, brassica, & Φάγω, comedo.

Κραῖνα, ας, αἰ, Doric. pro κρήνη, ἡς, ἡ, fons; hinc κραιναῖδες, ὠν, ται Dor. pro κρηναῖδες, ὠν, αἰ, fontium Deæ, quæ & Naiades & Nymphæ vocantur. quæ & κραινίδες, dictæ pro κρηνίδες.

Κραναός, ἰ, ὁ, asper, sterilis, montanus, à κᾶρηνον, vertex, caput.

Κρανεῖδα, absolutum iri, pro κραινεῖσαι, verbi κραινω, perficio. idem quod κραιναῖω. f. κρανῶ. f. 2. m. κραινεῖμαι. f. 2. inf. m. κραινεῖδα, & Dialysi Poët. feu Ion. κραινεῖδα.

ΚΡΑΝΕΙΑ, ας, ἡ, cornus arbor, à κᾶρον, quia capitatum fructum fert.

Κρανιαῖδαν, gen. plur. Dor. pro κραιναῖδων. Νύμφαι κρηνίδες. Th. κρήνη, ἡς, ἡ, fons.

Κράνιον, ἄ, τὸ, *caput*, à κρά-  
νον, quia capitis tegumen-  
tum.

Κράνιον, ἄ, τὸ, *calvaria*, caput  
item *oculi* genus. Th. κάρ-  
νηνον, *caput*.

Κράνον, ἄ, τὸ, *caput*; sed  
κράνος, εος, τὸ, *galea*, ab  
eodem them.

Κράξας, ἀνός, ὁ, a. i. part.  
act. à κράξω, *clamo*. f. κρά-  
ξω. p. m. κέκραγα.

Κράς, κράτος, ὁ vel τὸ, vel  
κράξ, κράξιλος, ὁ vel τὸ,  
*caput*. Th. κάρνηνον, ἄ, τὸ,  
idem.

Κράτπεδον, ἄ, τὸ, *fimbria*. q.  
à κράτεις πέδαι, quia *miscetur*  
velut *solo*, deorsum pen-  
dens. vel à κρέμαμαι, *pen-  
deo*, & τὸ πέδον, *sol m*.

ΚΡΑΣΤΙΣ, εως, ἡ, *gramen*.  
*foenum*. idem quod γράσις.

ΚΡΑΤΑΙΓΟΣ, ἄ, ὁ, seu κρα-  
ταίων, ὄνος, ὁ, *arboris spe-  
cies*.

Κράταιγυάλος pro κράταιγυά-  
λος, *firmus*, *fortis*, à κρα-  
ταίος, *fortis*. Th. κράτος,  
εος, τὰ, *robur* & γυάλον, ἄ,  
τὸ, *cavitas*, *vola*.

Κράταιός, ἀ, ὄν, *potens*, *fortis*.  
Th. κράτος, εος, τὸ, *robur*.

Κράταιώ, ὦ, *corroboro*. fut.  
ᾠσω. p. κεκράταιωκα. imperf.  
pass. ἐκράταιόμην, ἔμην, ὄς,  
ἔ, ὄστο, ἔστο. praef. imperat.  
pass. 2. plur. κρῆταιῶθι,  
*fortes esate*. a. i. ind. pass.  
ἐκράταιώην. inf. κρῆταιώηναι.  
Th. κράτος, εος, τὸ, *robur*.

Κράταιπόδες, ᾶν, οἱ, *qui pedes*  
*robustos habent*, ex κράταιός,  
*fortis*. Th. κράτος, τὸ, *robur*  
& πῆς, *pes*.

Κρατέει, *dominatur*, 3. sing.  
praef. ind. verbi κρατέω,  
quod vide.

Κράτει, *imperio*, dat. sing. à  
κράτος, εος, τὸ, *robur*.

Κρατε, 2. singul imperat.  
praef. Sed κρατεῖ, 3. sing.  
praef. ind. act. verbi κρα-  
τέω, quod vide.

Κράτερων pro κράτερων, gen.  
plural. Aeol. f. g. à κρῆτε-  
ρός, ἀ, ὄν, *validus*, Superl.  
κράτερωτάτος. Thema κράτος.  
Κράτερος, ἔ, ὁ, *fortis*, *validus*.  
in dual. κρῆτερώ, ejusdem  
them.

Κράτερόφρον' acc. vel dat. à  
κρατερόφρων, ὄνος, ὁ, ἡ *in-  
fra to an mo sum*, ex κρά-  
τος, εος, τὸ, *robur*, & φρον,  
*animus*.

Κράτερώνυχας, *solidas ungulas*  
*habentes*, acc. plur. à κρῆτε-  
ρώνυξ, ὄνος, ex κρατερός,  
*fortis*, quod à κράτος &  
ὄνυξ, *unguis*.

Κρατερίων, gen. plur. Aeol.  
pro ᾶν, à κρατευτά, ἀ, *ve-  
rum fulcra ac bases*. Th.  
κράτος, *robur*.

Κρατέω, ᾠ, *teneo*, *apprehend*.  
*fortiter impero*. fut. ἦσω. a.  
i. ἐκρήτῃτα. a. i. imperat.  
κράτῃσον, ᾠτω aor. i. sub.  
κρῆτῃτω ἦς, ἦ. aor. i. inf.  
κρῆτῃτω. a. i. part. κρῆτῃ-  
σας, ἀνός perf. act. κεκρῆ-  
τῃκ. perf. inf. act. κεκρῆ-



ἰηκέναι, cum Gen. fieri com-  
potem. imperf. pass. ἐκράσθη-  
μην, ἔμην. 3. plur. ἐόντο,  
ἔντο. perf. pass. κεκράτημαι,  
& in 3. plur. κεκράτηνται.

Th. κράτος, robur.

Κρατήδεις, aor. 1. part. pass.  
eiusdem verbi.

Κρατήρ & Ion. κρατήρ, ἦρος,  
ο, crater, à κεράννυμι, misceo.

Κρατή, κρατῆς, 3. & 2. sing.  
præf. sub. κρατήσασ, aor. 1.  
inf. κρατήσας, αντος, ο, a.  
1. part. κρατήσεις, 2. sing.  
fut. 1. ind. act. κρατήσῃσι,  
3. plural. aor. 1. sub. act.  
verbi κρατέω, quod vide.

Κρατήσασ, a. 1. inf. act. κρά-  
τησον, a. 1. imperat. &c.  
vide in κρατή vel κρατέω.

Κράσι, capiti, dat. sing. à  
κράς, κράλος, ο vel τό. Th.  
κάρηνον, idem.

Κράτιστος, η, ον, validissimus,  
α, um, præstantissimus, su-  
perl. grad. Th. κράτος. εος,  
τό, robur.

ΚΡΑΤΟΣ, εος, τό & per Me-  
tath. κάρλος, robur, potentia,  
imperium. Hinc κάρλερος, ε,  
ο, validus. κάρτιστος, ε, ο,  
fortissimus. κρατέω, impero,  
imperium obtineo. κάρλερέω,  
ἤσω, tolero, patior. κρείσ-  
σων vel τλων, ονος, ο, ἦ,  
præstantior. ἀκράτης, εος,  
ο, ἦ, impotens, incontinenens.  
ἐγκράτης, εος, ο, ἦ, compos,  
rerum potens. ἐγκράτεια, ας,  
ἦ, continentia, temperantia.  
ἀριστοκρατία, ας, ἦ, status  
seu forma Reipub. quaz gu-

bernatur ab optimatibus. δη-  
μοκρατία, ας, ἦ, imperium  
populare. παύκρατης, εος, &  
ο, ἦ, πανλοκράτης, εος, omni-  
potens.

Κράλος, capitis, genit. singul.  
à κράς, αλος, ο vel τό, caput.  
Thema κάρηνον, idem.

Κρατῆνας, acc. plur. part.  
præf. verbi κρατέω, impero,  
quod vide.

Κρατύνω, co firmo, munio, à  
κράτος. quod vide.

Κραυγάζω, vociferor. vagio.  
fut. άσα. perf. κεκραύγακα.  
à κραυγή, ἦ, clamor. Th.  
κράζω, clamo. f. ζω.

Κραυγασίδης, ε, ο, nomen  
Κανæ, à κραυγή, ἦ, clamor.  
Th. κράζω.

Κραυγή, ἦς, ἦ, clamor. Th.  
κράζω, quod vide.

ΚΡΑΥΨΟΣ, ε, ο, aritus,  
ficcus. quasi καύαρος, à καίω,  
uro.

Κραυγάνομαι pro κραυγάζομαι,  
quod vide.

Κρέα, nom. vel acc. plur.  
contractè pro κρέαλα, à  
κρέας, αλος, τό, caro.

ΚΡΕ΄ΑΣ, αλος & Att. κρέας,  
τό, caro. in plur. κρέαλα,  
κρέαα, κρέα. gen. pl. κρέα-  
των & κρεών. Inde κρεωπώ-  
λιον, ε, τό, macellum, lanie-  
na. κρεωπώλης, ε, ο, macel-  
larius, lario.

Κρείσισα Doric. pro κρέσσα,  
regina. præf. part. à κρέω,  
impero. Poët. κρείσω.

Κρέιον, ε, τό, vas carnarium,  
abenum. à κρέας, caro. Est

& Κρεῖον, acc. sing. à Κρεῖος, ε, ὁ, nomen viri.

Κρεῖοντα, acc. singul. à Κρεῖων, ὄντος, ὁ, nomen viri. q. à κραίνω, impero.

Κρεῖσσονα, nom. plur. n. g. κρεῖσσονες, nom. pl. m. & f. g. à κρεῖσσω, quod vide.

Κρεῖσσοισιν, praestantioribus, dat. plur. à κρεῖσσω, compar. ab ἀγαθός, bonus. Th. κράτος, robur.

Κρεῖσσων vel τῶν, gen. ovos, ε, ἡ, praestantior vel melior & τὸ κρεῖσσον, comparat. ab ἀγαθός, bonus. Th. κράτος, εος, τὸ, robur.

Κρεῖττοισιν, dat. plural. à κρεῖττων, ieu κρεῖσσω, melior, quod vide.

Κρεῖω, Poët. pro κρεῖω, impero; hinc κρεῖων, imperator.

Κρεῖων, ὄντος, ὁ, regnator, à κραίνω, impero. Est & Κρεῖων, ὄντος, ὁ, nomen propr.

Κρεῖων Poët. pro κρεῖων, gen. plur. à κρεῖας, ἄλος, τὸ, caro.

ΚΡΕΚΩ, pectine seu radio pulso. f. ζω. p. χα. q. à κρεω, pulso.

Κρεμάσασθαι, a. i. inf. med. à κρεμαμα. Th. κρεμάω, suspendo. a. i. part. κρεμασας, ἄντος, ὁ.

Κρεμαδεῖς, ἔντος, aor. i. part. pass. κρεμαδῆ, ε. sing. a. i. sub. pass. κρεμαδῆναι, a. i. inf. pass. verbi κρεμάω.

ΚΡΕΜΑΩ, ᾧ κρεμάννω & κρεμάννωμι, suspendo. f. ἄσω. a. i. ἐκρέμασα. praes. pass.

κρεμαμα, σα, ται, pendeo, suspendor. a. i. pass. ἐκρεμάθην. a. i. sub. pass. κρεμαδῶ. a. i. part. κρεμαδεῖς. Hinc κρεμασῆς, ἦρος, ὁ, qui suspendit. κρεμασῆριος, ε, ὁ, pensilis. κρεμασός, ε, ὁ, idem.

ΚΡΕΜΒΑΛΟΝ, ε, τὸ, crepitaculum.

ΚΡΕΜΤΣ, quidam piscis. vide Athen. lib. 7. cap. 15.

Κρεῖξ, avis pugnax. eadem & κρεῖας, à κρεῖω, sono. Est & κρεῖξ, capillus.

Κρεφάγος, ε, ὁ, qui carnes edit, ex κρεῖας, τὸ, caro & φάγω, edo.

Κρεεργῆδον, adv. in parva frustra dissectum, à κρεεργός, lanius. quod à κρεῖας caro & εργον, opus.

Κρεῖσσοτες, praestantiores, nom. plur. à κρεῖσσω, Dor. vel lon. pro κρεῖσσω. Th. κράτος, robar.

Κρεῖω, impero, regno. Poët. κρεῖω.

ΚΡΗΓΓΟΝ, ε, τὸ, bonum, placitum. q. κρηγῆδον, cordi jucundum.

ΚΡΗΔΕΜΝΟΝ, ε, τὸ, capitis ligamentum, vittae; item pinnae murorum. q. κερῆδεμνον, ex κέρα, caput, & δέω, ligo.

Κρηῆνον, perfice, aor. i. imperat. act. κρηῆναι a. i. inf. act. verbi κραίνω, perficio. fut. κρηῆνῶ. a. i. ἐκρηῆνα. Att. ἐκρηῆνα, à quo a. i. imperat. κρηῆνον, Poët.



pleonasm. tanquam à κραι-  
αίνω, mutato priori α, in  
η, pro κραιήνω.

Κεῖθευ, adv. à capite, ex  
κράς, αἶος, caput. Th. κείθ-  
ου, ε, τὸ, idem.

ΚΡΗΘΜΟΝ, ε, τὸ, herbae  
genus.

Κρήθων, ὁ, Crethon. nom. propr.

Κρήϊν, piacentia, quae carnes  
immistas habet, à κρέας &  
κρέης, caro.

Κρήμη, praecipita, per Apoc.  
pro κρήμνηδι, praef. impe-  
rat. verbi κρήμνημι. imperf.  
ἐκρήμνυ, ης, η. ita ut κρή-  
μη, possit esse imperf. Ion.

Th. κρημῶς, ε, ὁ, praecipitium.

ΚΡΗΜΝΟΣ, ε, ὁ, praecipiti-  
um. q. κρημαμένος, id est,  
pendens locus. Hinc κρημνώ-  
δης, eos, ὁ, ἡ, praerupius,  
arduus. κρημνίζω, praecipio.

Κρήναι, aor. I. inf. act. κρή-  
νον, perfice. a. I. imperat.  
act. verbi κραιίνω, quod  
vide.

Κρηνάων, gen. plur. Aeol.  
pro κρηνῶν, à κρήνη, ης, ἡ,  
fons.

ΚΡΗΝΗ, ης, ἡ, fons. q. à  
κραιάω, κραιῶ, misceo & per  
sync. κραιῶ.

ΚΡΗΠΙΣ, ἴδος, ἡ, basis, fun-  
damentum. q. à κραιῶ & πῆς,  
ut sit pes, qui aliquid suf-  
tinet supra se pendens.

Κρέης Dor. pro κρέας, αἶος,  
τὸ, caro.

Κρέης, ἦλος, ὁ, Cretensis. οἱ  
Κρήτες, Cretenses. Κρήσσα, ης,  
ἡ, Cretensis form. Κρηλίζεν,

Κρηλίζεν. Cretenses imitari.

Sed κρέης Dor. pro κρέας.

ΚΡΗΣΕΡΑ, ας, ἡ, cribrum  
seu lincus sacculus per quem  
aliquid colatur. Ducamus à  
κρίνω, secerno.

Κρησκήης, ἐνλος, ὁ, nomen viri.  
Lat. Crescens.

Κρησφύγιον, refugium. q. à  
Κρέης, Cretensis. sc. Minois,  
& Φεύγω.

Κρήτη, ης, ἡ, nomen insulae.

Κρητήος, gen. sing. κρητήοι,  
dat. pl. à κρητήε Ion. pro  
κρητήε, ἦος, ὁ, crater. The-  
ma κρητάννυμι, fut. αἶω,  
misceo.

Κρή, contract. ex κρηδή ης,  
ἡ, hordeum. Alii per Apo-  
copen pro κρημον, dici  
volunt.

Κρηδέω, rileo. Hesych. q.  
κρηδί αἰδέω, cordi placere.

Κρήγε Ion. pro ἐκρηγε, 3.  
sing. a. 2. verbi κρηζω,  
strideo. f. ζῶ. p. m. κέκρηγα.

ΚΡΙΖΩ, strideo, stridorem  
edo. fut. ζῶ. Hinc κρηζός,  
ε, ὁ, & κρηγή, ης, ἡ,  
stridor.

ΚΡΙΘΗ, ἦς, ἡ, hordeum. κρη-  
θινός, ε, ὁ, hordeaceus. κρη-  
θῶδης, eos, ὁ, ἡ, idem.

Κρηθῆναι, a. I. inf. pass. κρη-  
θήσομαι, fut. I. ind. pass.  
à κρίνω, judico, decerno.

Κρηθινός, ε, ὁ, hordeaceus, à  
κρηθή, hordeum.

Κρηθῶν, gen. plural. à κρηθή,  
quod vide.

Κρηξεν, resonuit, stridebat, vel  
est perf. Ion. pro κέκρηκε,

verbi κρίζω, *strideo*. f. σω & ξω. vel est a. 2. Ion. & Poët. pro ἐκρίγων, es, ε. Si cum sensu conveniret, posset etiam esse perf. Ion. verbi κρίνω, *discerno*.

Κρίκος, idem quod κίρκος, *circus*.

Κρίμα vel κήμα, αἰος, τὸ, *judicium, poena, damnatio, vindicta: τὰ κρίματα, lites*.

Th. κρίνω, *judico*.

ΚΡΙΜΝΟΝ, ε, τὸ, *farina crassior, mica*.

Κρίνω, a. I. inf. κρίνας, a. I. part. act. à κρίνω.

Κρίνάμενος, *qui delegit*, aor. I. part. med. κρίνασθω, 3. plur. a. I. med. κρίνω, a. I. inf. act. verbi κρίνω, quod vide.

Κρίνε, 3. sing. imperf. Ion. pro ἐκρίνε. κρίνετε, 2. pl. imperat. præf. ejusdem verbi.

Κρίνάωσι, Poët. pro κρίνωσι, 3. plur. præf. sub. verbi κρίνω.

ΚΡΙΝΟΝ, ε, τὸ, *lilium*. Dicitur & κρίνος, es, τὸ, *lilium*. Est & κρίνον, *judicavi*, imperf. vel a. 2. Ion. κρίνον, aor. I. imperat. act. verbi κρίνω, *judico*.

ΚΡΙΝΩ, *judico, discerno, sentio, examino, punio, culpo, condemno*. f. κρίνω. a. I. ἐκρίνα. a. I. imperat. κρίνον, αἴτω. a. I. inf. act. κρίνας. a. I. part. κρίνας, αἴτος, ὁ. præf. act. κένκρινα. præf. pass. κρίνομαι, *in judicium*

*vocor*. perf. pass. κέκριμαι. aor. I. pass. ἐκρίθην. a. I. sub. pass. κριθῶ, ἦς, ἦ. fut. I. pass. κριθήσομαι. Hinc κρίμα, αἰος, τὸ, *judicium*. κρίσις, εως, ἡ, idem. κριτής, ε, ὁ, *judex*. κριτήριον, ε, τὸ, *instrumentum judicandi, et nota ex qua judicium facimus*. ἀποκρίνομαι, *respondeo*. ἀποκρίσις, εως, ἡ, *responsum*. διακρίνω, *discerno*. διακρίσις, εως, ἡ, *discretio*. κατακρίνω, *condemno*. κατακρίσις, ε, ὁ, *damnatus*. συκρίνω, *coagmen- to. item comparo*. συγκρίμα, τος, τὸ & συγκρίσις, εως, ἡ, *comparatio*. ὑποκρίνομαι, *fin- go, simulo*. ὑποκριτής, ε, ὁ, *simulator, hypocrita*. ὑποκρίσις, εως, ἡ, *simulatio*.

ΚΡΙΟΣ, ε, ὁ, *aries*. q. à κέρας, *quia cornutus*. κριόπε- σσπος, *arietis multu praeditus*.

Κρισίη, ης, ἡ, *nomen mul.*

Κρίσις, εως, ἡ, *judicium, damna- tio. disceptatio*. Th. κρίνω.

Κρισίονες, ων, τὰ, *regis scri- nia*. Ctesias.

Κρίσπος, ε, ὁ, *nomen viri*. Lat. *Crispus*.

Κριτήριον, ε, τὸ, *tribunal. con- troversia*. à κρίνω, *judico*.

Κριτής, ε, ὁ, *judex*. Th. κρίνω.

Κρίτικος, ε, ὁ, *aptus ad dijidi- candum; item qui dijudicat*. ejusdem them.

Κρίω, ἡ, *nomen mulieris*.

Κροαίω, *pulso pedibus, quasi à κροαίω*. Th. κρόω, *pulso*.



Κρόδουλος, idem quod κρώδουλος.

Κροῖσος, ♂, ὁ, Craesus, Lydorum rex.

Κρόκα, tramat, per syncop. pro κροκίδα, acc. sing. à κροκίς, ἴδος, ἡ. vel tanquam à κροξ. Th. κρέκη, ης, ἡ, trama.

ΚΡΟΚΗ, ης, ἡ, trama, subtegmen, id quod ftamini inferitur τᾷ κρέκειν pulsando. Est & κρόκη, littus, quod κρέκει vel κρέσει, fluctus.

Κροκίς, ἴδος, ἡ, idem quod κρόκη, trama.

ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΣ, ♂, ὁ, crocodilus. qui κρόκον δειλιά, crocum metuit. Vel quia est animal timidum, δειλόν, & colore κρόκον, imitatur.

Κροκόπεπλος, ♂, ὁ, ἡ, croceo peplo. à κροκος, ♂, ὁ, crocus, & πέπλον, ♂, τὸ, vestis muliebris.

ΚΡΟΚΟΣ, ♂, ὁ & τὸ κρόκον, crocus, & crocum; hinc κροκόεις, ὄεσσα, εν, croceus, a, um.

Κρόμμυον & Ροῦτ. κρόμμυον, ♂, τὸ, cepa. q. à κέρα, caput.

Κροῖδης, ♂, ὁ, filius τῆς Κρόνης, seu Saturni. genit. Ion. Κροῖδεω. voc. ᾧ Κροῖδῃ.

Κροῖων, ωνος, ὁ, idem quod Κροῖδης, à Κρόνος, ♂, ὁ, Saturnus.

ΚΡΟΝΟΣ, ♂, ὁ, Saturnus. q. Κρόνος, quia plurimum temporis conficit in emetiendo suo orbe. Hinc Κρονομός

ἔ & Κρόνιος, ♂, ὁ, Saturninus. Κροῖδης & Κροῖων, ὁ, Saturni filius, Jupiter.

Κροσσαί, sunt pinnae murorum et turrium. Alii κροσσας legunt, & pro scalis accipiunt. Th. κροσσός, ἔ, ὁ, fimbria.

ΚΡΟΣΣΟΣ, ἔ, ὁ, extrema vestis ora, fimbria, limbus.

ΚΡΟΣΦΟΣ, ♂, ὁ, cuspis ferrea, pilum. vide γρόσφος.

Κρόταλίζω, pulso, crepitare facio. à κρόταλον. Th. κροτέω, pulso.

Κρόταλον, ♂, τὸ, crotalum, crepitaculum. ab eodem them.

ΚΡΟΤΑΦΟΣ, ♂, ὁ, tempus, pars capitis, παρὰ τὸ κροτεῖν τὴν ἀφῆν, quod ibi evidens sit venarum pulsus. dat. plur. κροτάφοισιν. κροτάφος, accus. plur. Dor.

ΚΡΟΤΟΣ, ♂, ὁ, pulsus, plausus. q. à κρούω hinc κροτέω, pulso, verbero. f. ἦσω. κροτάλον, ♂, τὸ, crepitaculum. κροτάλος, ♂, ὁ, homo loquax.

ΚΡΟΤΩΝ, ωνος, ὁ, ricinus, musca canina.

ΚΡΟΤΩΝΗ, ης, ἡ, vitium in olea arbore, tanquam κροτῶν.

ΚΡΟΥΝΟΣ, ἔ, ὁ, scatebra, saliens fons. q. à κρήνη.

Κρούπαλα, lignei calcei. q. à κρούω & πάλλω, quod vibrent quæ illis pulsantur calcata. Eadem & κρούπεζα, tanquam κρούσσα πέζα.

Κρούσας, ανρ. I. part. act. à κρούω, pulso.

ΚΡΟΥΪΩ, *pulso*. f. κρούσω. Ρ. κέκρουκα. α. ι. ἐκρούσα. Hinc κρούμα, αἶλος, τὸ, *sonitus ex pulsatione instrumentorum*. κρούσις, ἰος, ἦ, *pulsatio instrumenti musici*.

Κρύβδαι & κρύβδην & Dor. κρύβδαν, *clam*. adv. ἀ κρύπτω, *occulto*.

Κρυβείς, ἐβλος, ὁ, *absconditus*, α. 2. part. pass. κρυβῆναι, α. 2. inf. pass. verbi κρύπτω, *abscondo*. f. ψω. α. 2. ἐκρυβον. f. 2. pass. κρυβήσομαι. α. 2. pass. ἐκρύβην.

Κρυερός, ἔ & Ion. κρυεροῖο, ὁ, *frigidus*. Th. κρύος, εος, τὸ, *frigus*.

Κρυμός, ἔ, ὁ, *frigus, glacies*.

Κρυόεσσα, ἡς, ἦ, *horribilis*, f. g. ἀ κρυόεις, ἐβλος, ὁ, *ab eodem them*.

ΚΡΥΪΟΣ, εος, τὸ, *frigus, algor*; hinc κρυέεις, ἐβλος, ὁ, *Poët.* idem quod κρυερός, ἔ, ὁ, *frigidus*.

Κρυπλάδιος, ἔ, ὁ, *clandestinus*; hinc κρυπλάθης, gen. sing. f. g. ἀ κρύπτω, *abscondo*.

Κρυπλάσκειω, *cooperio*. ἀ κρύπτω, idem.

Κρύπτει, imperf. Ion. vel præf. imperat. verbi κρύπτω, *abscondo*.

Κρυπτός, ἦ, ὄν, *occultus, a, um*. ἐν κρυπτῶ, *in occulto*. Th. κρύπτω.

Κρύπτεισ' pro κρύπτεισι, *occultant*, 3. pl. ind. præf. verbi κρύπτω.

ΚΡΥΪΤΩ, *abscondo, occulto*. q. ἀ καλύπτω. fut. ψω. α. ι.

ἐκρυψα, hinc κρύψης, 2. singul. α. ι. sub. κρύψας, αἶλος, ὁ, & in f. g. κρύψασα, α. ι. part. act. perf. κέκρυφα. α. 2. ἐκρυβον. perf. pass. κέκρυμμα. α. ι. pass. ἐκρύβην. α. 2. pass. ἐκρίβην. α. 2. inf. pass. κρυβῆναι. aor. 2. part. κρυβείς. Hinc κρύψις, εως, ἦ, *occultatio*. κρυπτός, ἔ, ὁ, *abditus, occultus*. κρύβδην & κρύφα, *occulte*. κρυφαῖος, ἔ, ὁ, *occultus*.

Κρυσαλλίζω, *instar crystalli splendo*. ἀ κρύσαλλος.

ΚΡΥΪΤΑΛΛΟΣ, ἔ, ὁ, *gracies, gelu*; item *crystallus, lapis*. q. κρύει σέλλεται, *frigore contrahitur*.

Κρυφῆ, *occulte*. adv. ἀ κρυφός, *occultus*. Th. κρύπτω, *occulto*.

Κρυφίαν, gen. plur. ἀ κρύφιος, ἔ, ὁ, *occultus*, dat. plural. Ion. κρυφίαισι. Th. κρύπτω, *abscondo*. f. ψω.

Κρύψαι, *celare*, α. ι. inf. act. κρύψας, αἶλος, ὁ, & in f. g. κρύψασα, α. ι. part. act. ejusdem verbi.

Κρύψε, 3. sing. α. ι. act. Ion. κρύψης, η, 2. & 3. sing. α. ι. sub. act. verbi κρύπτω, *occulto*.

ΚΡΩΪΥΛΟΣ, ἔ, ὁ, *crinis re-tortus, cincinnati puerorum*. Scribitur & κρόβυλος.

ΚΡΩΪΩ, *crocito*, gar:io. κρώζει, 3. sing. sub. q. ἀ κρώζω, hinc κρωμός, ἔ, ὁ, *crocitatio*.



ΚΡΩΜΑΞ, ακος, ὁ, *aceruus lapidum*. aliter κλώμαξ.

ΚΡΩΠΙΟΝ, ε, τὸ, *falx*.

ΚΡΩΣΣΟΣ, ε̅, ὁ, *hydria, urceus*.

Κτὰ Ion. pro ἐκτα, quod per Aporopen pro ἐκτανε. Alii vero formant ab a. 2. ἐκτην, τροπή τε η, ut ἐβα pro ἐβη. verbi κλείνω, occido vel κλήμι.

Κτάμεν Ion. & Dor. κτάμεναι pro κλείναι, a. 1. inf. act. à κλείνω, occido. Vel κτάμεν Ion. & Dor. κτάμεναι pro κλάναι, à κλήμι, idem cum κλείνω.

Κταμένοιο, gen. Ion. à κτάμενος, quod vide.

Κτάμενος, qui interemit, aut interemtus est, a. 2. part. med. verbi κτῆμι, idem quod κλείνω, interficio. a. 2. ἐκτην. aor. 2. med. ἐκλάμην. Alii volunt κτάμενος dici pro κλεινάμενος. sic ἐκτάμην pro ἐκλεινάμην, verbi κλείνω.

Κτάν, possederunt, 3. plur. a. 2. ind. act. verbi κτῆμι possideo. a. 2. ἐκτην, & in 3. plur. ἐκτησαν, & per syncop. ἐκταν, & deposito augmento κλάν. Th. κλάομαι. Possit etiam eodem modo derivari à κτῆμι pro κλείνω, occido. a. 2. ἐκτην.

Κτάνε Ion. pro ἐκτανε, interfecisset, 3. sing. a. 2. act. verbi κλείνω, f. κτενώ. p. ἐκτακα. a. 1. ἐκτεινα. aor. 2. ἐκτανον.

Κτανέεσθαι per Dialysin pro

κτανέεσθαι, f. 2. inf. med. verbi κλείνω, interficio. f. 2. m. κτανεσθαι.

Κτανέοντες Ion. Dialysi pro κτανέντες, nom. plur. f. 2. part. act. ejusd. verbi.

Κτανέσει pro κτανεσαι, 3. plur. f. 2. act. ejusdem verbi.

Κτανέν, Bæot. syncop. & simul Ion. pro ἐκτανήσαν, 3. plural. a. 1. pass. verbi κλείνω, interficio.

Κτανάτας, α, ὁ Dor. pro κλεινότης, ὁ, intersector. Th. κλείνω.

ΚΤΑΪΟΜΑΙ, acquiro, possideo. f. κτήσομαι. perf. κέκλημαι. a. 1. m. ἐκτησάμην, ω, α̅λο. Hinc κτήμα, α̅λος, τὸ, possessio. κτήματα, ων, τὰ, bona, facultates, opes. κτήσις, εως, ἡ, possessio. κτήλος, ε̅. ὁ, acquisitus.

Κτᾶσθαι, præf. inf. verbi κλάομαι, possideo. Sed κτᾶσθαι, dicunt esse a. 2. inf. med. verbi κτῆμι pro κλείνω, interficio. aor. 2. ἐκτην. aor. 2. med. ἐκλάμην.

Κτᾶτο Ion. pro ἐκτᾶτο, 3. sing. imperf. verbi κλάομαι, possideo. Sed κλάτο Ion. pro ἐκτάλο, 3. sing. a. 2. m. ἐκλάμην, verbi κτῆμι pro κλείνω, interficio.

Κτάω, caedo, occido. Sic & κλώω pro κλάομαι, possideo.

Κτεάνων, gen. pl. κτεάνων, dat. pl. à κτεάνων, ε, τὸ, possessio, Poët. idem quod κτήμα, α̅λος, τὸ. Th. κλάομαι.

Κτεάτεσσι, *possessio*, dat. plural. Ion. & Poët. à κτεάτ, αἶλος, τὸ idem quod κτήμα. Th. κτεάομαι, *possideo*.  
 Κτεάτισσε Ion. & Poët. pro ἐκτεάτισσε, 3. singul. a. 1. act. verbi κτεάτιζω, *acquirō*. fut. ἰω. Th. κτεάομαι, idem.  
 Κτείναι, a. 1. inf. act. κτείναις, αἶλος, ὁ, & in acc. κτείναντα, a. 1. part. act. ut & κτείνασα, f. g. verbi κτείνω, *occido*. f. κτενῶ. a. 1. ἐκτείνω. perf. ἐκτείνω. a. 2. ἐκτείνανον.  
 Κτείνε, *præf. imperat. act. κτείνεμεναι* Dor. pro κτείνεω, *præf. inf. κτείνεσθαι*, *præf. inf. pass. ejusdem verbi*.  
 Κτείνόμενος, ε, ὁ, *occisus*. *præf. part. pass. ejusdem verbi*.  
 Κτείνοντ' pro κτείνοντα, acc. sing. *præf. part. act. κτείνουσι*, 3. plural. *præf. verbi κτείνω*.  
 ΚΤΕΪΝΩ, *interficio, occido*. f. κτενῶ. p. ἐκτείνω. aor. 1. ἐκτείνα. aor. 2. ἐκτείνανον. Ἀποκτείνω, idem. ἀνθρωποκτόνος, ε, ὁ, ἡ, *homicida*. πατροκτόνος, ε, ὁ, *parricida*. Legitur & κτείνω & κτείνωμι.  
 ΚΤΕΪΣ, εὖος, ὁ, *pecten*; hinc κτενίζω, *pecto*. f. ἰω.  
 Κτενῶ, fut. 1. act. verbi κτείνω.  
 Κτερέας, αἶλος, τὸ, *res possessa, donum*. Th. κτεάομαι, *possideo*.  
 ΚΤΕΡΕΑ, ων, τὰ, *exequiæ, inferiæ*. q. à κτεάω, *occido*; hinc κτερίζω, *exequias celebros*.

κτερίζω, 3. plur. a. 1. opt. Aeol.  
 Κτερίζοι pro κτερίζοι, Att. 3. plur. f. 1. verbi. κτερίζω, à κτερέα, quod vide.  
 Κτεώ, idem quod κτεάω, *occido*.  
 Κτεώμεν, *possideamus* Ion. pro κτεώμεν, 1. plur. a. 2. sub. act. verbi κτήμι vel κτεάω. Alii volunt deduci à κτήμι pro κτείνω, *occido*. eodem tempore & modo.  
 Κτηδών, *venarum cursus in arboribus, quasi pectines*. à κτεῖς, *pecten*.  
 Κτήμα, αἶλος, τὸ, *possessio*. dat. plural. κτήμασ' pro κτήμασι. Th. κτεάομαι, *possideo*.  
 Κτήμι, *occido*. a. 2. ἐκτείνω. a. 2. part. κτεῖς. Th. κτείνω, idem.  
 ΚΤΗΝΟΣ, εὖος, τὸ, *jumentum, pecus*. q. *possessio* à κτεάομαι. κτηνηδόν, *pecudum more*. adverb.  
 Κτήσατο, 3. singul. a. 1. opt. m. κτήσαται, a. 1. inf. κτήσαθε, 2. plur. a. 1. imperat. med. sed. κτήσηθε, 2. plur. a. 1. sub. med. verbi κτεάομαι.  
 Κτησίας, ε, ὁ, *Ctesias*, nom. propr.  
 Κτησίω, acc. sing. à κτήσις, εὖος, ἡ, *possessio*. Th. κτεάομαι.  
 Κτησομαι, η, εταί, f. 1. med. ejusdem verbi.  
 Κτησῶ, n. g. nom. plur. à



- κτῆλος, ἄ, ὁ, *acquisibilis*. Th. κτίσωμαι.
- Κτητή, ἡς, ἡ, *famula*. ab eodem verbo & them.
- Κτήτωρ, ορος, ὁ, *possessor*. à κτίσωμαι.
- Κτίθεος, ὁ, per Aphæref. pro ἰκτίθεος, à *mustela confectus*. à κτίς, ἴδος, ἡ, *mustela*.
- ΚΤΙΖΩ, εἰς, εἰ, *condo, creo, fabricor*. f. κτίσω. a. i. ἔκτισα. a. i. inf. κτίσαι. a. i. part. κτίσας, ἄντος, ὁ. p. ἔκτικα. perf. pass. ἔκτισμαι. a. i. pass. ἐκτίσθην. Hinc κτίσμα, ἄλος, τὸ, *opus, structura*. κτίσις, εὖς, ἡ, *creatio & creatura*. κτισῆς, ἄ, ὁ, *creator, conditor*.
- ΚΤΙΛΟΣ, ἄ, ὁ, *aries*. q. à τίλλω, *vello*; hinc κτιλόω, *demulceo*.
- Κτιμενος Poët. pro ἐκτισμένος, perf. part. pass. à κτίζω, *condo, creo*.
- Κτίς, idem quod ἰκτίς, *vivera*, quæ est ex mustelis sylvestribus.
- Κτίσις, εὖς, ἡ, *creatura, structura, res conditæ, magistratus, homo*. à κτίζω, *condo*.
- Κτίσμα, ἄλος, τὸ, *creatura*. à κτίζω.
- Κτισῆς, ἄ, ὁ, *creator*. ab eodem them. κτίσις, ἄος, ἡ, *aedificatio*.
- Κτυπέω, *strepo, strepito*. Hinc κτύπος, *sonitus*. Th. τύπλω, *pulso*.
- ΚΥΨΟΣ, *cyathus, cotula*. q. à χύω, *fundo*.
- ΚΥΨΑΜΟΣ, ἄ, ὁ, *fabæ*; hinc κυψάμεω, *fabis eligo, sortior*. κυψαμόβολος, *judex*. κυψαμοβώξ, *quia κυψάμους τρώγει, judex*.
- Κυανεῶν Dor. pro κυανεῶν, sc. νήσων, *Cyanæas insulas*.
- Κυανή, ἡς, ἡ, *nigra*, dat. plur. Ion. κυανήσι, gen. plur. Aeol. κυανεῶων, à κυάνεος, ἄ, ὁ, *caeruleus, niger*. Th. κύανος seu κυανός, ἄ, ὁ, *color caeruleus*.
- Κυάνειος, idem quod κυάνεος, *caeruleus*. vide κυανή.
- Κυανόπεζα, de mentâ. & κυανόπεζος, *nigros habens pedes*. ex κύανος, *niger*, & πῆς, *pes*.
- Κυανόπεπλος, ἄ, ὁ, ἡ, *caeruleo peplo utens*. à κύανος, *caeruleus*, & πέπλον, *peplum*.
- Κυανόπρωρος, *caeruleam habens proram*. ex κύανος & πρῶρα, ἄς, ἡ, *anterior pars navis*.
- ΚΥΑΝΟΣ, ἄ, ὁ, & κυανός, ἄ, ὁ, *color caeruleus*; hinc κυάνειος & κυάνεος, ἄ, ὁ, *caeruleus, niger*.
- Κυανόφρεν, ἄος, ὁ, ἡ, *nigrum habens supercilium*. ex κύανος & ὄφρεν, ἄος, ἡ, *supercilium*.
- Κυανοχάιτης, ἄ, ὁ, *qui est nigricantius setis*. ex κύανος, ἄ, ὁ, *niger*, & χάιτη, ἡς, ἡ, *juba, coma*.
- Κυανῶπιον, *nigrocalam*, acc. sing. à κυανῶπις, ἡ, *caeruleus aspectu*. ex κύανος, & ὤψ, ὠπίς, ὁ, *oculus*. Th. ὀπλομαι, *video*. p. m. ὠπα.
- ΚΥΨΑΚ, ἄλος, τὸ, *foramen*

acus; item pars auris interna. q. à κέω, findo.  
 Κύβη, poculum, quia κυφόν.  
 Κύβη, inclinato capite. à κύβη.  
 Κυβεία, ας, ή, lusus aleae; item astutia. à κύβη, q. ό, tessera; hinc κυβέω, aleά lusito.  
 Κυβέλη, ης, ή, Cybele, mater Deum.  
 ΚΥΒΕΡΝΑΨ, ω, άεις, ας, άει, α, gubernare, proprie navem rego.. q. κύμα έρευνώ, fluctus scrutator. f. ήσω. Hinc κυβερνήτης, q. ό, gubernator.  
 Κυβερνησις, εως, ή, gubernatio. Th. κυβερνάω, quod vide.  
 Κυβερνήσοιλος, gen. sing. fut. i. part. act. verbi κυβερνάω.  
 Κυβερνήτης, q. ό, gubernator. ab eodem them.  
 ΚΥΒΗ, ης, ή, caput. quia κυφή, curva. Hinc κυβισάω, in caput me dejicio, in caput salto.  
 Κυβήβη, ης, ή, Cybele, quæ suos ministros facit κυβήβειν, id est, κύβηειν vel κυβισάειν.  
 ΚΥΒΗΛΙΣ, ιος, ή, securis. Hinc κυβηλίσαι, securi percutere.  
 Κυβισάω, f. ήσω, in caput me conjicio, in caput salto. à κύβη, caput. Hinc κυβιστήρ, ήρος, ό, saltator, qui se in caput dejicit.  
 ΚΥΒΙΤΟΝ, q. τό, cubitus, nodus brachii. κύβαλον, q. τό, idem. q. à κύβω, converto. Vel ut alii à κύβη, inclino.

ΚΥΒΟΣ, q. ό, tessera, vel aliquid habens figuram quadratam. Hinc κυβικός, q. ό, cubicus. κυβέω, aleά seu tesseriς ludo. κυβεία, ας, ή, lusus aleae; item fraus, dolus.  
 ΚΥΓΧΝΙΨ, ιδος, ή, crater magnus. Martinius ex Galeno probat esse parvum culicem & deliolam medicum.  
 ΚΥΓΧΡΑΜΟΣ, q. ό, dux cecurnicum.  
 Κυδαίνω, celebros, decoro, laudo. imperf. Ion. κύδαινον. f. ανώ. Th. κύδος. eos, τό, gloria, decus.  
 Κυδαλίμος, q. ό, idem quod κύδιμος, gloriosus. Th. κύδος.  
 Κυδηθίνα, decoratum esse, aor. i. inf. pass. ab εκυδηθην, aor. i. ind. pass. verbi κυδάω. Thema κύδος, eos, τό, gloria.  
 Κυδαίνερος, α, ον, honestans viros, claros viros continens. à κύδος & άνηρ, vir.  
 Κυδιάω, glorior, jactito. à κύδος, εος, τό, gloria.  
 Κυδιάων, exultans Poët. pro κυδιών, præf. part. à κυδιάω, quod vide.  
 Κυδίση, vocat. sing. à κύδιος, η, ον, gloriosissimus, a, um. in comp. κυδιών, gloriosior. Th. κύδος.  
 Κυδιός, ή, ον, inclytus. Th. κύδος.  
 Κυδοιδοπάειν, tumultuari. q. à κυδοιμός & δεπειν.  
 ΚΥΔΟΙΜΟΣ, q. ό, turbas, tumultus. κυδοιμέω, turbas



- excito. q. à κύεν δῆμα, *parere timorem.*
- ΚΥΔΟΣ, eos, τὸ, gloria, de-  
cus. At κύδος, ♂, ὁ, conviti-  
um, probrum. A κύδος, κυδή-  
eis, ενλος, ὁ, gloriosus. κυδι-  
μος & κυδαίλιμος, ♂, ὁ, idem.  
κυδαίνω, ανῶ, celebro, laudo.  
κυδιῶ, glorior.
- Κυδρος, ♂, ὁ, gloriosus. à Th.  
κύδος.
- ΚΥΔΩΝΙΟΣ μηλέα vel κυθα-  
νία μηλέα, as, ἡ, cotonea  
malus. κυθωνιον μήλον, ♂, τὸ,  
cotoneum malum.
- Κύει, uterum fert, 3. sing.  
præf. verbi κύω.
- Κυεις, conceptus, a. 2. part.  
pass. ab ἐκυην, a. 2. ind.  
pass. verbi κύα, f. σω, in  
utero gesto.
- Κυέω, idem quod κύω, quod  
vide.
- Κύημα, αἶλος, τὸ, quod in utero  
gestatur, foetus. à κυέω,  
idem quod κύω, in utero  
gesto.
- Κυθήρεια, Cytherea, Venus, ὅτι  
κεύθει τῆς ἑρώϊας, occultat  
amores venereos.
- Κυθήραιοι, dat. plur. Ion. à  
κύθηρος, ♂, ὁ. Th. Κυθήρα,  
urbs Cypri.
- ΚΥΤΪΖ, kos, ἡ, bulbosa quae-  
dam planta. Theophr. lib.  
7. 13.
- ΚΥΤΚΑΣ, Aethiopicum palma-  
rum ginus. Theophr. lib.  
2. 8.
- ΚΥΚΑΩ, misceo, propriè de  
liquoribus. perturbō. Hinc  
κυκεία, as, ἡ, & κύκημα,

αἶλος, τὸ, permixtio, confusio.  
κυκεῶν, ὄνος, ὁ, miscellanea  
potio.

Κυκεῶν per Apocopen pro.  
κυκεῶνα, acc. sing. à κυ-  
κεῶν, ὄνος, ὁ, miscellanea po-  
tio. Th. κυκῶ.

Κυκηθήτην Ionic. pro ἐκυκηθή-  
την, 3. dual. a. 1. ind.  
pass. verbi κυκάω, misceo.  
f. ἦσω.

Κύκλα per Metaplasin. pro  
κύκλοι, rotæ, à κύκλος, quod  
vide.

Κυκλεύω, idem quod κυκλώ.

Κυκλέω, verso, duco vel rotā  
veho. à κύκλος, ♂, ὁ, circu-  
lus, orbis.

Κυκλόθεν, adverb. in circuitu.  
Thema κύκλος.

ΚΥΚΛΟΣ, ♂, ὁ, circulus, or-  
bis; item corona hominum.  
κύκλω pro ἐν κύκλω, in cir-  
cuitu; hinc κυκλόθεν adv.  
cum Gen. in circuitu. ἐγκυκ-  
λος & ἐγκύκλιος, ♂, ὁ, ἡ,  
circularis. ἐγκυκλοπαγῖα, as,  
ἡ, orbis disciplinarum.

Κυκλόεργος, eos, ὁ, ἡ, tornan-  
do rotundus factus. ex κύκ-  
λος, circulus, & τερέω, te-  
rebro.

Κυκλώ, cingo, circumdo. f.  
ώσω. præf. κεκύλωκα. a. 1.  
pass. ἐκυκλώην, ης, η. Th.  
κύκλος, circulus.

Κύκλωψ, ὠπος, ὁ, & οἱ Κύκ-  
λωπες, Cyclopes. ex κύκλος,  
orbis, circulus, & ὠψ, oculus.  
Thema ὄπλομα, video.

ΚΥΚΝΟΣ, ♂, ὁ, cygnus, plor.  
Est & propr. nom.

Κυκλῶνι Poët. pro κυκλῶνι, miscenti, dat. sing. part. præf. à κυκῶ, f. ἦσω, misceto.

ΚΥΨΑ, ὠν, τὰ, *cavitates oculorum*.

Κυλικῶν, gen. pl. à κύλιξ, ικος, ἦ, *calix*. Th. κυλίω, *voluto*.

Κυλίνδεται, 3. singul. præf. pass. κυλίνδετο, 3. singul. imperf. passiv. Ion. à κυλίω, idem quod κυλίω, *voluto*.

Κύλινδρος, ♂, ὁ, *cylindrus*, lapis teres in modum columnæ.

Κύλιξ, ικος, ἦ, *calix*. Thema κυλίω, *voluto*.

Κύλισμα, ἄλος, τὸ, *volutabrum*, ejusd. them.

Κυλίχνα, ἄ, *caliculi*, seu *parva vasa potoria oris compressioris*; item *cucurbitulae*. à κύλιξ.

ΚΥΛΙΩ, *voluto, voluto*. f. ἴσω. Hinc κυλίνδω, κυλινδέω & κυλινδέω, idem. κύλιξ, ικος, ἦ, *calix*.

Κυλοποδίων, qui *distortis pedibus est*, *loripes*. Vulcani Epith. à κυλλός, *claudus*, & πῆς, *pes*.

ΚΥΛΛΟΣ, ♂, ὁ, *claudus, curvus*. q. à κόλος, *mutilus*.

Κυλοιδιάω, *sum oculis tumen-*  
*tibus*. à κύλον & αἰδέω, *tumeo*.

Κυλοιδιάοντες, nom. plur. part. præf. à κυλοιδιάω, quod vide.

Κύλων, ὠνος, ὁ, *Cylo*. Κυλάειον, *Cydonium*.

ΚΥΜΑ, ἄλος, τὸ, *fluctus*,

*unda, magna lues*. q. κύκημα, à κυκῶ, *misceto*. Est & κύμα pro κύημα, τὸ, *foetus*. à κύω, *in utero gesto*. A κύμα, *fluctus*; κυματίας, ♂, ὁ, *undosus*. κυματώδης, eos, ὁ, ἦ, idem. κυματίζω & κυμαίω, *undis agito*. κυμαίη, ης, ἦ, *tempestat*. κυμαίνω, ἀνῶ, *fluctuo, aestuo*.

Κυμαίνοντος, gen. sing. part. præf. activ. κυμαίνων, & in foem. gen. κυμαίνουσα, à κυμαίω, *fluctuo*. Thema κύμα.

Κύμαλ pro κύματα, nom. plur. κύμασι, dat. plur. à κύμα, ατος, τὸ, *fluctus*.

Κυμαλῆς, ♂ Ion. pro κυματίας, ♂, ὁ, *undosus*. vide in κύμα, τὸ, *fluctus*; hinc κυμαλῆς ἀνεμος, *ventus impetuosus*.

Κυμαλολήγη, ης, ἦ, nomen mul.

Κυματώγη, ης, ἦ, & legitur κυματώγη, *littus*, ad quod undæ feruntur ac franguntur. Ex κύμα & ἄγω seu ἄγνυμι, *frango*.

Κυματαθεῖσα, ης, ἦ, a. i. part. pass. f. g. à κυμαίωμαι, *restagno*. Thema κύμα, ατος, τὸ, *fluctus*.

Κυμβαλίζω, *cymbalum pulso*. à κύβαλον, ♂, τὸ, *cymbalum*. Th. κύμβες, ε, ὁ, *cavus recessus*.

Κύβαλον, ♂, τὸ, *cymbalum*.

Κύμβη, ης, ἦ, *cymba*, poculi genus. à κύμβες.

Κύμβαχος, ε, ὁ, *pronus in caput*. Th. κύμβες.



- ΚΥΜΒΟΣ, ♂, ὁ, *cavus recessus ollae fundum*. quasi à κυφός, *curvus*; hinc κύμβον & κυμβιον, ♂, τὸ, *acetabulum*. κύμβη, ἡ, ἡ, *cymba*. κύμβαλον, ♂, τὸ, *cymbalum*.
- Κύμη, ἡ, ἡ, *nomen urbis*.
- ΚΥΜΙΝΔΙΣ, *eos vel idos*, ἡ, *avis quaedam nocturna*.
- ΚΥΜΙΝΟΝ, ♂, τὸ, *cuminum*. herba & semen.
- Κυμοδόκη, ἡ, ἡ, *nomen mul.*
- Κυμοθήη, ἡ, ἡ, *nomen mul.*
- Κυμοπέλεια, *ας*, ἡ, *nomen mul.*
- Κυμῶ, *nomen mul.*
- Κυνάγχη, ἡ, ἡ, *q. κυνός ἀγχος, canum suffocatio, angina*.
- Κυνάγωγος, ὦ, ὁ, *Doric. pro κυνηγός, ἕ, ὁ, venator*. Ex κύων, *canis*, & ἄγω, *duco*.
- Κυνάδες, *ων*, *αἱ*, *canum pili*. à κύων, *canis*.
- Κυνάμυια, *vide in κυνόμυια*.
- Κυνάνθρωπος, *versipellis, impudens, q. canis*. Ex κύων, *canis*, etc.
- Κυνάριον, ♂, τὸ, *catellus*. diminut. à κύων, *canis*.
- Κύναις, *acc. plur. κύνες, nom. pl. à κύων, κυνός, ὁ vel ἡ, canis*.
- Κυνέη, ἡ, ἡ, *galea*. Th. κύων, *canis*; hinc κύνεος, *caninus*.
- Κύνεον Ion. & Poët. pleonasm. ♂, *pro ἐκύνειν, imperf. act. verbi κυνέω, idem quod κύω, osculor*.
- Κύνες, *nom. pl. κύνεσσιν, canibus, dat. plur. Ion. pro κυσίν, à κύων, κυνός, canis*.
- Κυνέω, *osculor, blandior, adoro, προσκυνέω*.
- Κυνηγέσιον, *canes venatores, et instrumenta venationis*.
- Κυνηγέτης, *venator*. *q. κυνῶν ἡγέτης, hinc κυνηγέω, venor*. Dicitur & κυνηγός, ἕ, ὁ, *venator*.
- Κυνίδιον, ♂, τὸ, *catellus*. Th. κύων, *κυνός, ὁ, ἡ, canis*.
- Κυνικός, ἕ, ὁ, *Cynicus*. ab eodem them.
- Κυνοθαρούς, *έος, ὁ, impudens*. Ex κύων, *canis*, & θάρσος, *eos, τὸ, fiducia*.
- Κυνόμυια, ὁ, ἡ, *musca canina*. Metaph. *pro impudente*. à κύων & μυία, ἡ, *musca*. Alii leg. *κυνάμυια*.
- Κυνόσσερα, *Cynosura*. quasi *κυνός ουρά, cauda canis*. Pro astro hic fumitur.
- Κύντερος, ὁ, *impudentior*. Superl. *κύνταλος*. Th. κύων, *canis*.
- Κυνῶπα, *vocat. singul. à κυνώπης, ♂, ὁ, habens canis vultum. & in f. g. κυνώπις, inverecunda*. Ex κύων, *canis*, & ὠψ, *vultus*. Thema ὀπίμοι, *video*.
- Κυνώπιδος, *gen. sing. à κυνώπις, ἡ, inverecunda*. *vide κυνώπα*.
- Κύνος, *eos, τὸ, foetus*. Th. κύω, *in utero gesto*.
- Κυόμενα, *nom. plur. n. g. part. praef. pass. à κυέω, idem quod κύω, quod vide*.
- ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ, ♂, ἡ, *Cypressus, arbor*. Hinc *κυπαρίσσινος, ex cupresso factus*.

ΚΥΠΑΡΟΣ, ♂, ὁ, *vas magnum concavum et capax.*  
 ΚΥΠΑΪΣ, ἄδος, ἡ, *pallium & lecti stragulum.*  
 ΚΥΠΑΣΣΙΣ & κύπασσις, ιος, ὁ, ἡ, *supparum, species tunicae.*  
 ΚΥΠΕΙΡΟΣ, ♂, ἡ, *Cyperus, herba ex juncorum genere.*  
 ΚΥΠΕΛΛΟΝ, ♂, τὸ, *proculi genus: deflexum à κύφελον, quia cavum.*  
 Κύπριδα, acc. sing. à Κύπρις, ἰδος, ἡ, *Venus.*  
 Κυπρίζω, *germino venuste.* Th. Κύπρος, *Cyprus.*  
 Κυπρίνος, *Cyprinus.* Et Κύπριος, ♂, ὁ, *Cyprius.* ab eodem them.  
 Κύπρις, ἰδος, ἡ, *Venus.* acc. Κύπριδα & Κύπριν. Th. Κύπρος, *Cyprus, insula.*  
 Κυπρογένεια, ας, ἡ. *Epithet. Veneris, quæ nata dicitur in insula Cypro.*  
 ΚΥΠΡΟΣ, *Cyprus, arbor & insula, unde Κύπρις, ἰδος, ἡ, Venus.* κύπρινον, ♂, τὸ, *unguentum Cyprinum.*  
 ΚΥΠΤΩ, *pronus sum, incurvome ad videndum.* f. ψῶ. α. ι. ἐκυψα. α. ι. part. κύψας, αἴλος, ὁ. Hinc κωπῖλος, ♂, ὁ, *inclinatus, supplex.* κωψός, ♂, ὁ, *incurvus, gibbosus.* κωψός, εος, τὸ, *gibbus.* ἐγκυπῶ, *inclino ad videndum aliquid.* ἐγκυες, ♂, ἡ, *gravida foemina.*  
 Κυρβαῖος, αἶα, ον, *sublimis, e.* à κύρβις, εως, ἡ, *tabula.*  
 ΚΥΡΒΑΣΙΑ, ας, ἡ, *crista*

*gallinacei, tiara.* à κάρβα & Βαίνο.  
 ΚΥΡΒΙΣ, εως, ἡ, *tabula triangulari, cui leges inscribebantur.*  
 Κύρς Ion. pro ἐκέρς, imperf. verbi κύρω, *incido, nanciscor.* κυρέω, idem. Hinc κυρήσας, α. ι. part.  
 Κύρη, ἡ, *Ceres.* Sic dicta, quia κυρία τῆς ζῆν, *domina vitæ.*  
 ΚΥΡΗΒΑΪΩ, *cornibus pugno.* fut. ἄσω. q. à κέρβας, *cornu.*  
 ΚΥΡΗΒΙΑ, ων, τὰ, *acera & glumæ hordei.* Vide κηρύβια.  
 Κυρημα & per Syncop. κύρμα, ατος, τὸ, *id in quod aliquis incidit, præda.* Th. κύρω, *incido.*  
 Κυρήνη, ἡ, *nomen urbis.* Hebr. *murus;* hinc Κυρήνιος, ♂, ὁ, *Quirinus, nomen viri.*  
 Κυρήσαι, α. ι. inf. κυρήσας, ατος, ὁ, α. ι. part. act. à κυρέω, idem quod κύρω, *incido.*  
 Κυρθεῖς, *adeptus, a. ι. part. pass. verbi κύρω. a. ι. ind. pass. ἐκύρθην.*  
 Κυρία, ας, ἡ, *domina.* κυριακός, ἡ, ὄν, *dominicus, a, um.* Th. κύρως, εος, τὸ, *authoritas.* κυρήν ἡμέρη, *statutus dies.* Ion.  
 Κυριεύω, *dominor.* cum Genit. f. εὔσω. p. κεκυριεύκα. à κύριος, *dominus.* Th. κύρως.  
 Κυρίζω vel κυρίσσω, *cornibus peto.* q. à κέρβας, *cornu.*  
 Κύριος, ♂, ὁ, *dominus, herus.* Th. κύρως, εος, τὸ, *authoritas.*



Κυρίως, πτος, ἡ, *dominatio*.  
ab eodem them.

Κυριανῶν, *miscere*. q. à κυκᾶν,  
ε̅ interjecto.

Κύμα, ἄλος, τὸ, per syncop.  
pro κυήμα, id in quod ali-  
quis incidit, praeda. à κυέω  
vel κύω, quod vide.

Κύην pro Κύριε, vocativ. à  
Κύριος, ε, ὁ, *Cyrnus*, nomen  
propr.

